Epiphania domini q̄druplici decoraſ miraculo. ꝛ ideo ¶ A quadruplici vocubulo nūcupaſ. Hodie eī magi xp̄m adorāt iohānes xp̄m baptiſat. aquā in vinū xp̄s mutat. ꝛ quinqȝ milia hominū de quinqȝ panibus ſaciat. Cū eni ieſus eſſet tredecim dierum. magi ad cū ſtella duce venerunt. Et inde diciſ epiphania ab epi qd̄ eſt ſupra. ꝛ phanos qd̄ eſt apparitio. q2 tūc deſuꝑ ſtella apparuit. ſiue ip̄e xp̄us ꝑ ſtellam q̄ deſuꝑ viſa eſt magis vero deus demōſtrat⁹ eſt Eadem die reuolutis vigintinouem ānis. cū iā ānū triceſimū attigiſſꝫ q2 habebat vigintinouē ānos ꝛ tredeci dies. erat ei īcipiēs q̄ſi ānoꝛuȝ trigīta vt dicit lucas. vel ſcd̄m bedā habebat trigīta plenos. qd̄ et romanā eccleſiā tenere aſſerit. tūc inquā ī iordane baptiſatus eſt. Et ob hoc vocaſ theophania. a theos qd̄ eſt deus. ꝛ phanos qd̄ eſt apparitō q2 tunc deus trinitas apparuit. pater in voce. filius in carne. ſpirituſ ſanct⁹ ī colūbe ſpecie. Ipo iteꝝ die. reuoluto vno anno. cū eſſet trigīta vel trigītaunius ānoꝝ ꝛ tredeci dieꝝ. aquā in vinum mutauit. Et ob hoc vocaſ bethania. a beth qd̄ eſt domus q2 ī miraculo facto in domo verus deus apparuit. Ipo ſimiliter die reuoluto āno. cū eſſet ānorum trigītaunius vel trigītaduoꝝ. quinqȝ milia hominū de quinqȝ panib⁹ ſatiauit. ſicut dicit beda. ꝛ ſicut d̄r ī illo hīmno. q̄ ī multis eccleſiis cātaſ ꝛ ſic īcipit. Illumināns altiſſim⁹ ꝛc̄. Et ob hoc vocaſ phagiphania. a phage qd̄ eſt bucca ſiue mādu care. De hoc aūt q̄rto miraculo vtruȝ hac die ꝯtigerit dubitaſ. tū q2 ī originali bede ñ ſic expſſe legiſ. tū q2 iohānis. vi. vbi de hoc miraculo agiſ d̄r. Erat aūt ꝓximū paſcha ꝛc̄. Iſta ergo q̄druplex apparitio iſta die facta eſt. Prima facta eſt ꝑ ſtellam in preſepio. Secunda ꝑ vocem patris in iordanis fluuio. Tertia ꝑ mutationem aq̄ ī vinū ī ꝯuiuio. Quarta ꝑ mltiplicatōȝ panū ī d̄ſerto. Prima aūt apparitō ꝑcipue hodie celebraſ. ꝛ ſcd̄o e⁹ hiſtoriā ꝓſeq̄mur

Prima quoniã traditõ ãtiquoꝝ fuit. vt dicit remigius. vt null⁹ ad deũ vel ad regẽ vacu⁹ introiret. ꝑ ſe aũt et chaldei talia munera ↄſueuerãt offerre. Iſti aũt vt dicit' in hiſtoria ſcolaſtica. venerũt a fimb⁹ pſarum ⁊ chaldeoꝝ vbi eſt fluui⁹ ſaba. a quo et ſabea dicit' regio. Secũda q̃ ẽ herñ. quoniã beate virgini auꝝ obtulerũt ꝓpter iopie ſubleuatõꝫ. th⁹ ꝓpter ſtabuli fetorẽ. mirrã ꝓpter mẽbroꝝ pueri ↄſolidatõꝫ ⁊ malorum vermiũ expulſionẽ. Tercia q̃m auꝝ ad tributũ. thus ad ſacrificiũ. mirra ad ſepulturã ptinet mortuoꝝ. Per hec tria ergo in chriſto intimat' regia poteſtas. diuina maieſtas. ⁊ humana mortalitas. Quarta quoniã auꝝ ſignificat dilectõꝫ. thus orationẽ. mirra carnis mortificatõꝫ. Et hec tria chriſto debemus offerre. Quita q̃m ꝑ hec tria ſignificant' tria que erant in xp̃o. ſcꝫ diuinitas p̃cioſiſſima. aĩa d̃uotiſſima. ⁊ caro integra et incorrupta. Hec tria ſignificabant' ꝑ illa tria que erãt ĩ archa. Nam virga q̃ floruit. caro xp̄i q̃ reſurrexit. pſal. Et refloruit caro mea ⁊c̃. Tabule vbi erant ſcripta p̃cepta. aĩa in q̃ ſũt omẽs theſauri ſciẽtie et ſapiẽtie dei abſcõditi. Mãna deitas q̃ habet omnẽ ſaporẽ ⁊ omnẽ ſuauitatẽ. Per auꝝ ergo qḋ eſt p̃cioſius omnibus metallis intelligit' diuinitas p̃cioſiſſima. Per thus anima deuotiſſima. qꝛ thus ſignificat deuotionẽ et oratõꝫ. pſal. Dirigat' oratõ mea ⁊c̃. Per mirrã que cõſeruat a corruptõe caro icorrupta. Admoniti aũt magi in ſõniſ ne redirent ad herodẽ. ꝑ aliã viã reuerſi ſũt in regionẽ ſuã. Ecce quomodo magi ꝓfecerũt. Nam ſtella duce venerũt ꝑ hoĩes imo ꝑ ꝓpheti am edocti fuerũt. ãgelo duce redierũt ⁊ in chriſto q̇euerſ. Hoꝝ corpa mediolani in eccleſia q̃ nũc eſt fratꝝ ordinis noſtri. ſcꝫ fratꝝ p̃dicatoꝝ q̇eſcebãt. ſed nũc colonie req̇eſcũt. Nã eoꝝ corpa p̃mo ꝑ helenã conſtãtini matrẽ rapta ĩ cõſtãtinopoli trãſlata poſtea ꝑ ſanctũ euſtorgium ep̃m mediolanũ trãſlata. Sed ꝑ heinricũ ĩpatorẽ poſtquã mediolanuꝫ poſſedit. ĩ coloniã ſup renũ fluuiũ ſũt delata vbi in magna reuerentia ⁊ populi deuotione choruſcant.

.XV

## De ſancto paulo heremita

Paulus primus heremita. vt teſtat' hiero. q̃ ei⁹ vitam conſcripſit feruente decii pſecutõe heremũ vaſtiſſimam adut ibiq̃ꝫ in quadã ſpelũca. lx. ãnis hoĩbus incognitis ꝑmanſit. Iſte aũt decius dicit' fuiſſe galien⁹ q̃ fuit binomi⁹ q̃ cepit ãno domini cclvi. Vidẽs ei ſanctus paul⁹ xp̄ianis tot tormentoꝝ genera irrogari. in heremũ aufugit Eo ſiquidẽ tp̃e duo iuuenes chriſtiani cõprehendũtur quoꝝ vnus toto corꝑe melle pungit'. ⁊ ſub ardore ſolis aculeis muſcaꝝ ⁊ ſcabronũ ⁊ veſpaꝝ lacerãdus exponit'. Alter vero molliſſimo lecto imponit'. ⁊ in loco ameniſſimo collocat'. vbi aeris erat temperies riuoꝝ ſonitus. cantus auiũ. ⁊ floꝝ olfact⁹. funibus tñ floreis colorib⁹

obtectis.ſic iuuenis cingit̃.vt manibus vel pedibus ſe iuuare ſi poſſz
Adeſt quedam iuuencula corpore pulcerrima et impudica. ac impudu
ce tractat iuuenem dei amore repletum. Cum autem ille ī carne mot⁹
cōtrarios rationi ſenſiſſet non habens arma quibus ab hoſte ſe eruat
linguam ꝓpriam dentibus ſuis incidit.et in faciem impudice expuit.
et ſic temptationem doloꝛ fugauit.et trophеum laude dignum ꝓme-
ruit. Horum et aliorum penis ſanctus paulus territus heremū petiit
¶ B Eo tp̄e cū anthonius ꝑmū ſe inter monachos heremicolaꝫ co
gitaret in ſomnis alium ſe multo meliorem heremum incolere edocet̃.
Qui dum eum p ſiluas inq̄reret obuium habuit ypocentaur.hominē
equo mixtum.q̄ ei viā dexteram demonſtrauit. Poſtmodum obuium
habuit animal ferens fructus palmar ſupra imagine hominis inſigni
tum.deorſum vero capre formam habens. Qui dum ip̄m p deū conīu
raret vt ſibi diceret quis eſſet.reſpōdit ſe eſſe ſatir deū ſiluar ſc̄dm er
rorē gētiliū. Poſtremo obuiauit ei lup⁹ q̄ cū ad cellā ſācti pauli perdu
xit. Paulus aūt āthoniū p̄ſēntiens.hoſtiū ſera clauſit. Anthoni⁹ vero
rogat vt ſibi apperiat.aſſerēs ſe nūquā inde receſſur ſed ibi potius mo
ritur. Victus paul⁹ ei aperuit.ſtatimq̄ꝫ ābo ī āplex⁹ ruūt. Cūq̄ꝫ hora
prādii adeſſet.coru⁹ duplicatā panis partem attulit. Cūq̄ꝫ de hoc an-
thoni⁹ miraret̃.reſpōdit paul⁹ ꝙ de⁹ ſibi omni die taliter miniſtrabat
et p̄bendam ꝓpter hoſpitem duplicauerat. Pia lis oritur q̄s magis di
gnus eſſet panem diuidere. Defert paul⁹ hoſpiti et āthonius ſeniori.
Tandē vterq̄ꝫ manū apponūt:et in equas ptes panē diuidūt. Cū aūt
anthoni⁹ rediēs:iam celle ſue appropinq̄ret.vidit angelos pauli aīam
deferētes. Qui velociter rediēs inuenit corpus pauli flexis genibus ī
modū orātis erectum.ita vt ip̄m viuere eſtimaret. Sed cū ip̄m mortu
um didiciſſet ait. O ſancta anima qd̄ gerebas ī vita.ī morte mōſtraſti
Cū aūt nō haberet vnde ſepulturā faceret.ecce duo leōes aduenerūt
et foueā pauerūt ſepultoq̄ꝫ eo ad ſiluā redierūt. Anthoni⁹ aūt tunicaꝫ
pauli ex palmis ꝯtextam aſſumpſit.qua poſtmodum in ſolemnitatibus
vtebatur. Obiit aūt circa annum.cclxxxvii. ¶ XVI

## ¶ De ſancto Remigio

Remigius dr̄ a remi qd̄ eſt paſcēs.ꝛ geoſ qd̄ eſt terra ¶ A
quaſi paſcēs terrenos doctrina. Vel remigi⁹ dr̄ a remi quod
eſt paſtor.et gion qd̄ eſt luctatō.q̄ſi paſtoꝛ ꝛ luctatoꝛ. Pauit
enim gregem ſuum verbo predicationis.exemplo conuerſationis. ſuf
fragio orationis. Eſt etiam triplex genus armorum.ſcꝫ defenſionis
vt ſcutum.pugnationis vt gladius.munitōis vt lorica ſiue galea. Lu
ctatus ē igit̃ contra dyabolū ſcuto fidei.gladio verbo dei. ꝛ galea ſpei
Eius vitam igmarus remeñ archiep̄us ſcripſit. ¶ B.

Remigius doctoꝛ egregiꝰ ⁊ cõfeſſoꝛ dñi glorioſꝰ a quodã he
remita naſci taliter eſt ꝓuiſus. Cum enim vuandoloꝝ ꝑſecu
tio totã franciã deuaſtaſſet q̇dã recluſuſ vir ſc̃tꝰ q̇ lumẽ ocu
loꝝ amiſerat ꝓ pace eccleſie gallicane crebris oratõibus dñm exora-
bat. Et ecce ãgelus dñi i viſu ei aſtitit. eiq3 dixit. Scito ꝙ mulier illa
nomine cilina filiũ nomine remigiũ generabit. q̇ gentẽ ſuã a maloꝝ in
curſibus liberabit. Cũq3 euigilaſſet ſtati ad domũ ciline venit ⁊ q̄d vi
derat enarrauit. Cũq3 illa nõ crederet eo ꝙ anus iã eſſet. ille reſpõdit
Scias ꝙ cũ pueꝝ ablactaueris oculos meos de lacte tuo punges. et
cõtinuo mihi viſum reſtitues. Cũq3 ꝑ ordinẽ hec oĩa cõtigiſſent remi
gius mũdũ fugit ⁊ recluſoꝛiũ itrauit . Creſcẽte aũt eiꝰ fama. cũ eſſ3 vi
gintiduoꝝ ãnoꝝ. ab oĩ populo archieps remenſ eſt electꝰ Tãte autez
mãſuetudis fuit ꝙ etiã ad mẽſam eiꝰ paſſeres veniebãt ⁊ de mãu eiuſ
reliq̇as ciboꝝ comedebãt. Quodã tp̄e cũ in domo cuiuſdam matrone
hoſpitatꝰ fuiſſet. ⁊ illa modicũ vini haberet. remigius cellariũ itroiuit
et ſup doliũ crucẽ fecit. Cũq3 ibidẽ oraſſet mox deſup vinũ egreditur
ita ꝙ ꝑ mediũ cellariũ fũdebatꝛ Cũ aũt clodoneꝰ rex frãcie tunc tp̄is
gentilis eſſet. nec ab vxoꝛe ſua chriſtianiſſima cõuerti poſſet. vidẽs ꝙ
infinitus exercitus alemanoꝝ ſup ſe veniſſet. dño deo quẽ vxoꝛ ſua co
lebat votũ vouit. ꝙ ſi de alemanis ſibi victoꝛiã cõcederet mox fidẽ xp̄i
recipet. Qđ cũ fuiſſ3 ad libitũ cõſecutꝰ. beatum remigiũ adiit ⁊ ſe bap
tiſari popoſcit. Cũq3 ad fontẽ baptiſmatis aduenſſent. nec ibidem ſa-
crũ criſma haberent. ecce colũba quedã ãpullã cũ criſmate in roſtro de
tulit. de quo regem põtifex liniuit. Hec aũt ãpulla i remẽſi eccleſia con
ſeruatꝛ. ⁊ inde vſq3 hodie reges frãcie inunguntur. ¶ L. Poſt longum
tempus cum genebaldus vir ꝓuidus neptẽ beati remigii in vxorez ha
beret. ⁊ ſe religionis cauſa mutuo abſoluiſſet. ꝓdictũ genebaldũ beatꝰ
remigiꝰ laudunẽſẽ ep̄m ordinauit. At genebaldꝰ cũ vxorẽ ſuã cauſa in
ſtruendi ad ſe ſepius venire ꝑmitteret. ex freq̄nti colloq̇o animꝰ eius
i cõcupiſcẽtiã inflamatur. ⁊ vſq3 i peccatũ ſecum ꝓlabitur. Que conci
piẽs ⁊ filium pariẽs. hoc ep̄o intimauit. Et ille cõfuſus ad eã remanda
uit dicens. Quoniam puer de latrocinio acq̇ſitꝰ eſt. volo vt latro voce
tur. Ne autem ſuſpicio aliqua oꝛiretur vxoꝛem ſuam ſicut prius ad ſe
venire ꝑmiſit. Verũtamẽ poſt primi peccati fletũ ſecũ ruit iteꝝ i pecca
tum. Que cũ filiã peperiſſet ⁊ hoc ep̄o retuliſſet ille reſpõdit. Illam filiã
vulpeculam nominate Tandem ad ſe reuerſus beatum remigiũ adiit
et ad pedeſ ſuos ꝓcidens ſtolam de collo ſuo deponere voluit. Qđ cuz
ſanctus remigius ꝓhibuiſſet et ab eo quid accidiſſet audiuiſſet. blãde
cum conſolans ipm in quadam cellula parua per ſeptẽ annos recluſit
et ipſe interim eius eccleſiam gubernauit. Septimo igitur anno cum i
cena domini in oratõne ꝑſiſteret. angelꝰ dñi eidẽ aſtitit. ⁊ peccatũ ſuũ

ſibi dimiſſū ꝓhibuit. ac vt foras exire debeat imꝑauit. Cui cū reſpōdiſ
ſet non poſſum quoniam dominus meus remigiuſ hoſtium hoc clauſit
et ſigillo ſuo muniuit. angelus ait. Ecce vt ſcias tibi celum apertū eſ
ſe. hoc etiā hoſtiū ſaluo ſigillo nunc aperietur. Statimq́ȝ vt dixerat ē
apertum. Tunc genebaldus iactans ſe in medium hoſtii in moduȝ cru
cis ait. Etiam ſi dominus meus ieſus xp̄us ad me veniret huc. hic nō
egrediar niſi dominus meꝰ remigius huc veniat qui me recluſit. Tūc
ſanctus remigius ad ammonitionē angeli laudunum venit. et ip̄m in
locum ſuum reſtituit. Qui vſq́ȝ ad obitum ſuum in ſanctis operibuſ ꝑ
ſeuerauit. et latro filius eius in epiſcopatu eidem ſucceſſit. qui etiam
ſanctus fuit. Tandem ſanctus remigius multis clarus virtutibus in
pace quieuit. circa annum domini quingenteſimum. Eodem die cele
bratur natalis ſancti hilarii pictauoꝝ vrbis epi. ¶ XVII

# ¶ De ſancto hilario.

Hilarius dictus eſt quaſi hilaris. quia in ſeruitute dei ¶ A
valde hilaris fuit. Vel dicitur hilarius quaſi alarius ab
altus et ares virtus quia fuit altus in ſcientia et virtuoſus ī
vita. Vel hilarius dr̄ ab ile qd̄ eſt quaſi primordialis materia que ob
ſcura fuit. et ip̄e in dictis ſuis magnam habet obſcuritatem et profun
ditatem. ¶ B.

Hilarius pictauoꝝ ep̄s. regionis equitanie oriundus quaſi lu
cifer refulgens inter aſtra ꝓceſſit. Hic vxorem primitus ha
bens et filiā in laicali habitu monaſticā vitā ducebat. Tādē
in vita ⁊ ſciētia ꝓficiens in ep̄m eſt electus. Cū igit̄ beatꝰ hilarꝰ non
ſolū ciuitatē ſuā ſȝ totā frāciā ab hereticis defēſaret ad ſuggeſtionem
duoꝝ ep̄oꝝ q̄ ab hereſi fuerant deprauati ab īperatore q̄ hereticorum
fautor erat. cū beato euſebio vercellen̄. ep̄o ē ī exiliū relegatus. Deniq́ȝ
cū vbiq́ȝ arriana hereſis pullularet. ⁊ ab īperatore licētia data eſſȝ. vt
oēs ep̄i ɔuenirēt ⁊ d̄ veritate fidei diſputarēt. cū ſāctꝰ hilarꝰ aduciſſȝ
ad petitōȝ dictoꝝ ep̄oꝝ q̄ eiꝰ eloq̄ntiā ferre n̄ poterāt pictauiā redire
ɔpellit̄. Cū aūt ad inſulā gallinariā que tota erat plena ſerpētibꝰ ꝓpī
quaſſet ⁊ in ip̄am deſcēdiſſet. oēs ſerpētes ex ſui viſiōe fugierūt. ⁊ in me
dio inſule palum fixit. nec āplius libertas data eſt illis occupare quod
vetuit tanq̄ ps iſule nō ſit terra ſed pelagus. ¶ Cū ergo pictauis eſſȝ
quēdā infātē ſine baptiſmo defūctū ſuis oratōibꝰ ad vitā reſtituit. Nā
tādiu iacuit in puluere donec pariter ſurgerēt ſenex de oratōe ⁊ īfans
de morte. ¶ Cū aūt filia eius apia maritū vellet accipe hilarius pater
eius ei p̄dicauit. ⁊ in ſacre virginitatis ꝓpoſito cōfirmauit. Quā dum
ille firmā ɔſiderās ⁊ ne aliq̄n flecteret̄ formidās dn̄m īſtātiuſ exorauit
vt eam ad ſe reciperet. nec vltra viuere ꝑmitteret. Quod ⁊ factuȝ ē. Nā

¶ .XXXVII.

poſt paucos dies ad dominum migrauit. quã ipſe ꝓpriiſ manibus ſepe
liuit. Qđ mater beate apie conſiderans epm̄ rogauit. vt ſibi qđ ⁊ filie
ĩpetraret. Qđ ⁊ fecit ⁊ ipſam oratõe ſua ad regnũ p̄miſit ¶ E Eo tẽ
pore leo papa hereticoꝝ pfidia deprauatus. oĩm epoꝝ cõciliũ cõuoca
uit. Quibꝰ cõuocatis hilariꝰ nõ vocatus aduenit. Quod audiẽs papa
p̄cepit ne aliquis ſibi aſſurgeret. nec aliquẽ locũ daret. Cũ ergo igreſ
ſus fuiſſet dixit ad eũ papa. Tu es hilariꝰ gallus. Et ille nõ ſũ gallus.
ſed de gallia. id eſt nõ ſũ in gallia natꝰ ſed de gallia eps. Cui papa. Et
ſi tu es hilariꝰ d̃ gallia ⁊ ego ſũ leo romãe ſediſ apoſtolicꝰ ⁊ iudex Cui
hilarius. Et ſi ſis leo nõ tamẽ de tribu iuda. ⁊ ſi iudicãs reſides. ſ; nõ
in ſede maieſtatis. Tũc papa cũ indignatõe ſurrexit dicẽs. Modicu;
preſtolare donec redeã ⁊ tibi qđ mereris reddam. Cui hilariꝰ. Si non
redieris quis mihi ꝓ te reſponſurꝰ erit. Et ille. Cocitus redibo ⁊ tua;
ſupbiã humiliabo. Cum ergo papa ad ſecreta ſue nature iuiſſet diſſen
teria periit. ⁊ oĩa iteſtina ibidẽ ꝓiciẽs miſerabiliter vitã finiuit. Inte
rea vidẽs hilarius ꝙ nullꝰ ſibi aſſurgeret. patienter ferẽs in terram ſe
poſuit dicens. Domĩ eſt terra. Statimq; nutu dei terram quã inſede
rat ſurſũ ſe extulit. ⁊ vſq; ad equalitatẽ alioꝝ epoꝝ ſe leuauit. Cũ igiť
papa miſerabiliter nũciareť defũctus. aſſurgẽs hilarius omnes epi
ſcopos ĩ fide catholica confirmauit. ⁊ confirmatos ad propria remiſit
Hoc aũt miraculũ de morte leõis pape dubitatõ; habet tũ q2 hiſtoria
eccleſiaſtica vel tripртita nihil de hoc loq̃tur. tũ q2 aliquẽ papã talis no
minis tũc fuiſſe cronica nõ teſtať. tũ q2 hiero. dicit. ꝙ ſancta romana
eccleſia ſemꝑ imaculata ꝑmãſit. ⁊ in futuro manebit ſine vlla heretico
rũ inſultatõe. Poſſet tamẽ dici ꝙ tũc erat aliq̃s papa ſic vocatꝰ. nõ q̃
dem canonice electus ſed tirãnice intruſus. Vel forte liberiꝰ papa qui
cõſtantino heretico fauebat alio nomine dictus eſt leo ¶ Tandẽ mul
tis miraculis ꝑpetratis cũ beatus hilarius infirmatus obitum ſuum
ĩminere cognoſceret. leonciũ p̄ſbiteꝝ quem maxime diligebat ad ſe vo
cauit. et nocte ĩminẽte vt foras exeat admonuit. et ſi q̃d audiret vt re
nũciet imperauit. Ille iuſſa cõplẽs. voces adhuc ciuitatis tumultuãtiſ
ſe audiſſe reuertẽs expoſuit. et cũ circa eũ vigilaret fine; eius expectãſ
media nocte iteꝝ iubetur exire. et q̃d audiret iacenti referret. Qui cu;
ſe nihil audiſſe renũciaſſet. mox nimia claritas quam etiã p̄dictuſ p̄ſbi
ter ſufferre nõ poterat ad eum intrauit. ⁊ ſic paulatim recedente lumi
ne ad dominũ migrauit. Floruit aũt circa ãnũ dñi. cccxl. ſub cõſtãtino
Feſtum huius ſancti eſt in octaua epiphanie. ¶ Cum duo mercatores
maſſam cere cõmuniter haberent et vnus altero renitẽte eã ad altare
ſancti hilarii obtuliſſet. ſtatim ꝑ medium diuiſa pars vna ſibi remãſit.
reliqua renitenti deuenit.

¶ XVIII ¶ A

# De ſancto machario

Macharius dicit᷑ a macha qđ eſt ingeniũ ⁊ ares virt⁹. Uel M
dicitur a macha quod eſt percuſſio et rio magiſter. fuit enim
ingenioſus contra demonis fallaciam. virtuoſus quantuȝ ad
vitam. percuſſio in domatione corporis. magiſter in regimine prelatio
nis. Uel macharius id eſt beatus

Macharius abbas deſcendit p̱ vaſtitatem deſerti et intrauit
dormire in monumento vbi ſepulta erant corp̱a paganoruȝ
et extraxit vnum corpus ſub caput ſuum tanq̃ plumacium.
Demones autem volentes eum terrere. vocabant quaſi vnam mulie,
rem dicentes. Surge veni nobiſcum ad balneum. Et alter demon ſub
ip̄o tanq̃ ex mortuo illo dicebat. Peregrinum quendaȝ habeo ſup̱ me
nō poſſum venire. Ille autem non expauit. ſed tundebat corp⁹ illud di
cens. Surge et vade ſi potes. Et audientes demones fugerunt voce
magna clamantes. Uiciſti nos domine. Duȝ aliquando abbaſ macha
rius a palude ad cellam ſuam preteriret. occurrit ei dyabolus cum fal
ce meſſoria et volens eum cum falce p̱cutere non potuit. Et dixit ei.
Multam violentiam patior a te machari. quia non poſſum p̄ualere ad
uerſum te. Ecce enim quicq̃d tu facis et ego facio. Ieiunas tu et ego
penitus non comedo. Uigilas tu et ego omnino non dormio. Unum ē
ſolūmodo in quo me ſuperas. Et dixit abbas. Quod eſt illud. Cui ille
Humilitas tua. p̱ quam non p̄ualeo aduerſum te. Dum temptatio
nes ip̄m nimium moleſtarent. ſurgens et magnum ſaccū arene hūeris
ſuis imponens. diebus multis ſic p̱ deſertum ibat. Quem theoſebius
inueniens dixit. Abba cur tantum onus portas. Et ille. Uexo vexan
tem me. Abbas macharius vidit ſathanam tranſeuntem ī habitu
hominis. et habentem veſtimentum lineum laceratuȝ. et per omnia fo
ramina dependebant ampulle. et dixit ei. Quo vadis. Cui ille. Uado
potionare fratreſ. Cui macharius. Quare tot ampullas portas. Re
ſpondit. Guſtum fratribus porto. et ſi vnuȝ alicui non placebit. offerā
aliud. vel tercium. et ſic p̱ ordinem. vt aliquod placeat. Et cum rediret
dixit ei macharius. Quid feciſti. Reſpōdit. Omnes ſanctificati ſunt
et nemo mihi acquieuit niſi vnus qui vocatur theociſtus. Surgēs aūt
macharius illuc iuit. et fratrem temptatum inueniens ſua eum exhor
tatione conuertit. Poſt hec iterum eum macharius inueniens dixit
Quo vadis. Cui ille. Ad fratres vado. Reuertenti occurrit ſenex et
dixit. Quid faciunt fratres illi. Cui dyabolus. Male. Et dixit. Qua
re. Quia omnes ſancti ſunt. et qđ eſt maius malum. vnum quem habe
bam amiſi. et omnibus ſanctior factus eſt. Audiēs hoc ſenex gratias
egit deo. Quodā die machari⁹ caput defuncti repperit. et dū oraſſȝ

interrogauit illud cuius caput fuerit. Et reſpōdit ſe fuiſſe paganum.
Et dixit ei macharꝰ. Ubi ē aīa tua. Reſpōdit ī iferno. Cūq3 reqꝛeret
ſi multū ī pfūdo eēt. reſpōdit ꝙ tātū ī pfūdo erat quātū diſtaret terra
a celo. Cui macharꝰ. Sūt ne aliq te pfūdiores. Reſpōdit. Etiā iudei
Cui iterꝝ ille. Et vltra iudeos ſūt ne aliq pfūdiores. Cui ille. Profun
diores oībus ſūt falſi xpiani. qui xpi ſāguine redēpti tātū p̄ciū puipē
derūt ¶ C Dū p qndā ſolitudinē pfūdiſſimā pgeret ad quodlibet
miliare arūdinē figebat. vt poſtmodū redire ſciret. Sz dū iā nouez die
tas feciſſet ⁊ ī quodā loco qeſcerz. dyabolus oēs arūdines collegit. et
ad caput eiꝰ poſuit. Vn̄ ad redeūdū plurimū laborauit. ¶ Frater qdā
plurimū cogitatōibꝰ ſuis moleſtabat̄. ꝙ ſcz ī cella ſua inutiliter eēt. ſed
ſi īter hoīes habitaret multis pdeſſe poſſz. Qui cū cogitatōes ſuas ma
chario retuliſſz. ille ait. Fili ſic illis reſpōde. Hoc ſaltē facio. qꝛ ppter
xpm parietes iſtiꝰ celle cuſtodio. Dū quēdā culicē pūgētē occidiſſz. ⁊
multū de illo ſāguinis emanaſſz. repꝛhēdēs ſe ꝙ ppꝛiā vīdicaſſz iniuriā
nudꝰ ſex mēſibꝰ ī deſerto māſit. et inde a ſcabronibꝰ totꝰ laceratꝰ exiuit.
Poſt hoc multis clarꝰ virtutibꝰ ī pace qeuit. ¶ .XIX.

# De ſancto Felice

Felix pnomine ī pincis dr. vl' a loco ī quo reqeſcit. vel ¶ D
a ſubulis qbꝰ paſſꝰ phibet̄. nā pinca ſubula dr. Dūt ei ꝙ cū
magiſter puerorꝝ extiterit. ⁊ eis nimiū rigidꝰ fuerit. tentus
a paganis cū xpm libere ꝯfiteret̄. traditꝰ fuit ī manibuſ puerorꝝ quos
ipſe docuerat. q eū cū ſtilis ⁊ ſubulis occiderūt. Eccleſia tn̄ tenere vide
tur ꝙ nō martir extitit ſz ꝯfeſſor. Hic ad qđcūq3 ydolū ducebat̄ vt ei
ſacrificaret. in illud exufflabat. et cōtinuo corruebat ¶ Legit̄ aūt ī q
dā alia legēda ꝙ dū maximꝰ nolanꝰ epš pſecutōz fugiēs fame et gelu
afflictꝰ ſolo corruiſſet. felix ab āgelo ad eum mittit̄. ⁊ cum nihil ibi cibi
haberet deſente pxima pēdētem vidit racemū de quo in os eiꝰ expſſit
vinū humeriſq3 īpoſitū ſecū detulit. Ipo igit̄ defūcto felix ī epm eligi
tur. Qui poſt dū p̄dicaret ⁊ pſecutor eū q̄reret īter parietes dirutos
p modicū aditū ſe occultauit. Statiq3 nutu dei p aditū illū telas arai
nee texuerūt. Quas dū pſecutores ꝯſpiciūt. neminē illic eſſe putātes
abſcedūt ¶ Inde aūt ad aliū locū ſācꝰ felix pgens. a qdā vidua p treſ
mēſes alimēta ſuſcepit. nūquā tn̄ eiꝰ faciē vidit. Eādē pace reddita ad
eccleſiā ſuā rediit. ⁊ ibi ī pace reqeuit. ſepultꝰ iuxta vrbē ī loco q dr pi
cis ¶ Huic ⁊ aliꝰ erat frater q felix ſimiliter dicebat̄. Cūq3 etiaz ipſe
ydola adorare cogeret̄ dixit. Inimici eſtis deorꝝ veſtrorꝝ qꝛ ſi me ad il
los duxeritis. ī eos ſicut frater meꝰ exufflabo ⁊ corruēt ¶ B Exco
lebat aūt ſanctꝰ felix ortū. Quidā vero olera eiꝰ rape cupiētes. dū fur
tū ſe facere cogitabāt. tota nocte ortū diligētiꝰ excolebāt. Mane autē

a ſancto felice ſalutati. peccatū ſuū ꝯfitētes ad ꝓpria redierūt. ¶ Venientes aūt gētiles vt ſāctū felicē tenerēt. manꝰ eoꝝ dolor nimiꝰ apphendit. Qui cū vlularēt dixit eis. Dicite. Chriſtꝰ ē deus. ꝛ dolor vos cōtinuo dimittet. Quibꝰ dicētibꝰ ſanati ſūt. ¶ Pōtifex ydoloꝝ ad eū veīt dicēs. Nūc ecce deꝰ meꝰ vt te venientē vidit. ꝯtinuo fugā arripuit. Cui cū diceret quare fugis ait. Virtutē huiꝰ felicis ferre nō poſſū. Si ergo deus meꝰ ita te timz: quāto magis ego timere te debeo. Quē cū felix i fide iſtruxiſſet. baptiſari ſe fecit. Adorātibus appollinē dixit felix. Si vere deꝰ appollo ē dicat mihi qd eſt qđ in manu nūc clauſū teneo. Habebat aūt i māu cedulā i qua oratio dominica erat ſcripta. Quo nihil reſpōdente. gētiles ꝯverſi ſūt. Tādē miſſa celebrata. ꝛ populo data pace. in pauimētū in oratōe ſe ꝓiciēs migrauit ad dn̄m. ¶ .XX

## De ſancto marcello

Marcellꝰ dictꝰ ē quaſi arcēs malū a ſe. Vel dr̄ marcellꝰ quaſi ¶ A maria ꝓcellēs. id ē mūdanas aduerſitates ꝑcutiens ꝛ cōculcās. Aſſimilat̃ ei mūdus mari. q2 ſicut dicit chriſo. ſup matheū. In mari eſt ſonus ꝯfuſꝰ. timor cōtinuꝰ. imago mortis. vndarum cōtentio infatigabilis. incōſtantia iugis.

Marcellus cū rome ſūmꝰ pōtifex eſſet. ꝛ maximianū impatorem de nimia i xpiāos ſeuicia icreparz. ꝛ i quadā domo cuiꝰdam matrone i eccleſiaz ꝯſecrata miſſā agerz. iratꝰ impator domum illam fecit ſtabulū iumentoꝝ. ꝛ eundem marcellū ibidē ad ſeruitium cum cuſtodia animalium deputauit. In quo ſeruitio poſt multos annos in domino requieuit circa annos domini. cclxxxvii

## De ſancto anthonio. ¶ XXI

Anthoniꝰ dr̄ ab ana qđ eſt ſurſū et tenens. quaſi ſupna ¶ A tenēs ꝛ mūdana deſpiciēs. Deſpexit aūt mūdū q2 imūdus iquietꝰ trāſitoriꝰ deceptiuꝰ ꝛ amarꝰ. De his dicit augꝰ. O mūde imunde. qd ꝑſtrepis. qd auertere nos conaris. tenere nos vis fugiēs. qd faceres ſi maneres. quē nō decipes dulcis q̄ amarꝰ dulcia alimēta mentiris. Eius vita manaſtaſius ſcripſit. ¶ B

Anthoniꝰ cū vigīti eſſet ānoꝝ ꝛ audiret legi i eccleſia. ſi vis ꝑfectꝰ eſſe vade ꝛ vēde oīa q̄ habeſ ꝛ da paupibꝰ. oīa ſua vēdens paupibꝰ erogauit ꝛ heremiticā vitā duxit. Hic innumerabilia demonū tēptamēta ſuſtinuit. Quadā vice dū ſpiritū fornicationis virtute dei ſupaſſet dyabolus in ſpecie pueri nigri āte eū ꝓſtratus apparuit. ꝛ ſe ab eo ꝯuictū ꝯfeſſꝰ ē. Nā ꝛ hoc ꝓcibꝰ īpetrauit vt videret fornicatōnis demonē iuuenibꝰ īſidiātē. Quē cū in p̄dicta forma vidiſſet dixit. Viliſſima mihi apparuiſti ſpecie. te vltra nō timebo. Alia vice dū i quodā tumulo latitaret multitudo demonū eū adeo lacerauit

ja lcō

ꝙ miſter eꝰ q̄ſi mortuū eū ꝓpiſ hūeris aſportarꝫ. Cūq; eū oēſ q̄ ꝯuene
rāt q̄ſi mortuū ploraſſēt. dolētibꝰ cūctis ſbito āthōiꝰ reuiuiſcit. ⁊ a mi
niſtro ad p̄dictū tumulū ſe iterꝝ portari fecit Qui cū ibi ex dolore vulne
rum proſtratus iaceret. ex virtute animi ad cōflictū dmōes excitabat
Qū c illi ī formis variis ferarꝝ apparuerūt. ⁊ eū iterꝝ dētibus cornibꝰ
et vnguibꝰ crudeliſſime lacerauerūt. Tūc ſubito ſplēdor mirabilis ibi
apparuit. ⁊ demones cūctos fugauit Anthoniꝰ aūt ꝯtinuo ſanatꝰ eſt.
ibiq; xp̄m adeſſe itelligēs ait. Vbi eras bone ieſu vbi eraſ. quare a p̄n
cipio nō fuiſti hic vt me adiuuares ⁊ vulnera mea ſanares. Cui domiꝰ
Anthoni hic erā. ſ; expectabā videre certamē tuū. Nūc aūt q2 viriliť
dimicaſti. ī toto orbe te faciā noiari. Tāti aūt feruoris erat ꝙ cū ma 2a
ximanꝰ ipator xp̄ianos occideret. ipe martires ſeq̄bať vt cuꝫ eis mar
tir fieri mereret. ⁊ vehemēter triſtabať eo ꝙ ſibi martiriū nō daretur.
C Cum autē ī alterā heremū ꝑgeret. argēteū diſcū repit ⁊ itra ſe ſic
dicere cepit. Vn̄ hic argēteꝰ diſcꝰ. vbi hoim veſtigia nulla videnť. Si
ei viatori cecidiſſ; vtiq; p̄ ſui magnitudīe latere nō poſſet. Hoc dyabo
le artificium tuum ē. voluntatē tn̄ meā nūquā poteris imutare. Et hoc
dicens diſcus vt fumꝰ euanuit. Poſtmodū igentē maſſā veri auri re
perit. ſ; vt icendiū aurꝝ fugit. Sicq; ad mōtē fugiens. xx. ānis ibi ꝑ
māſit. inumeris coruſcās miracl'is. Quadā vice dū ī ſpiritu raptꝰ eſſ;
totū mūdum laq̄is ſe iuicem cōnectentibꝰ plenū vidit. Qui exclamās
ait. O q̄s iſtos euadet laq̄os: Et audiuit hūilitas. Aliqn̄ dū ab āgeliſ
i aere eleuareť. aſſūt demōes. ⁊ eiꝰ trāſitū ꝓhibent. peccata eiꝰ ab exor
dio natiuitatis eiꝰ obiicientes. Quibꝰ āgeli. Nō debetis illa narrare
q̄ xp̄i iā pietate ſunt deleta. Si qua aūt ſcitis ex quo factꝰ eſt monachꝰ
illa ꝓferte. Et cū ī ꝓbatōe deficerent. liber āthoniꝰ ī ſblime tolliť. ⁊ li
ber dponiť. B Narrat āthoniꝰ d ſe dicēs. Vidi aliqn̄ dyabolū cel 3a
ſū corpe q̄ ſe dei virtutē ⁊ ꝓuidentiā auſꝰ eſt dicere ⁊ ait Quid viſ vt a
me tibi deť āthoni. At ego ſputa ī os eiꝰ cōgemināſ totū me ī eū xp̄i
noīe armatꝰ igeſſi ⁊ ſtati euanuit. Huic dyabolꝰ aliqn̄ ī tāta ꝓceritate
apparuit ꝙ celū capite tāgere videreť. Quē cū āthoniꝰ q̄s eſſ; iterro
gaſſ; ⁊ ipe ſe ſathanam eſſe dixiſſet. addidit ſathanas. Cur me ſic ipu
gnāt monachi ⁊ maledicūt xp̄iāi. Cui āthoniꝰ. Juſte hoc faciūt. q2 tuis
ſepe iſidiis moleſtanť. Et ille. Ego eos neq̄quā moleſto ſ; ipi iuicē ſe
cōturbāt. Ego ei ad nihilū ſū redactꝰ. q2 iā ī cūctis ꝑtibꝰ regnat xp̄s.
Quidā ſagittarius beatū āthoniū gaudentē cū fratribꝰ q̄dā vice cō
ſpexit ⁊ ei diſplicuit. cui āthōiꝰ. Pōe ſagittā ī arcū ⁊ trahe Qð ⁊ fecit
Cūq; ſcdo ⁊ tercio hoc fieri mādaſſet dixit ſagittariꝰ. Tantū trahere
potero ꝙ de eiꝰ fractōe dolebo. Cui āthoniꝰ. Sic ē ī ope dei. quoniam
ſi ſupra mēſurā tēdere vellemꝰ cīciꝰ frāgeremur. Expedit ergo rigorē
aliqn̄ relaxari. Hoc audiēs ille edificatꝰ receſſit. E Interrogauit 4ta
q̄dā āthoniū dicēs. Quid cuſtodiēs placebo deo. Et reſpōdens dixit.

Quocunqꝫ vadis ſemꝑ deū ꝓ oculis tuis habeas. In his q̄ agis teſti
moniū ſacraꝝ ſcripturaꝝ adhibeas. In quocūqꝫ loco ſederis nō inde
cito recedas. Hec tria cuſtode ⁊ ſaluꝰ eris. Abbas q̄dā interrogauit
anthoniū dicēs. Quid faciā? Cui āthoniꝰ. Nō confidas ĩ tua iuſticia
Uētris ⁊ ligue ſit tibi ꝯtinētia. Et ne peniteaeris d̄ re trāſacta. Dixit
iteꝝ āthoniꝰ. Sicut piſces ſi ĩ ſicco tardauerit moriūtur. ita ⁊ mōachi
extra cellā tardātes. aut cū viris ſecularibꝰ imorātes. a q̄etis ꝓpoſito
reſoluunt. Iteꝝ dixit āthoniꝰ. Qui ſedꝫ ĩ ſolitudīe ⁊ q̄eſcit. a tribꝰ bel
lis eripit̄. ſ. auditꝰ. locutōis ⁊ viſꝰ. ⁊ ꝯtra vnū tātūmodo pugnaꝫ habe
4ta bit. ſ. cordis. ¶ F Quidā fratres cū quodā ſene ad abbatē āthoniuꝫ
viſitandū ierūt. Dixitqꝫ āthoniꝰ fratribꝰ. Bonū comitē habuiſtis ſe
nē hūc. Deinde dixit ſeni. Bonos fratres inueniſti tecū abba. Cui ille.
Bonos q̄dē īueni ſed habitatō coꝝ nō habꝫ ianuā. Quicūqꝫ ei vult ĩ
trat ĩ ſtabulū. ⁊ ſoluit aſinū. Hoc aūt dicebat. q̄m oīa q̄ erāt ĩ corde co
rū ſtatī erāt ĩ ore. Dixit abbas āthoniꝰ. Scire ꝯuenit q̄m ſūt tres mo
tus corpales. Unꝰ q̄dē nature. aliꝰ ex ciboꝝ plenitudīe. terciꝰ ex d̄mo
ne. Frater q̄dā renūciauerat ſeculo. ſed nō plene q̄ꝛ q̄dā adhuc ſibi reti
nebat. Cui āthoniꝰ. Uade ⁊ eme carnes. Qui vadēs emit carnes. et
portans eas dum veniret lacerabāt eū canes. Cui āthoniꝰ. Qui renū
ciāt ſeculo ⁊ volūt habere pecunias. ita īpugnati a d̄monibꝰ diſcerpū
tur. Anthoniꝰ dū ĩ heremo tedio afficeret̄ dixit. Dn̄e volo ſaluꝰ fieri
et nō ꝑmittūt me cogitatōes mee. Et ſurgēs exiuit foras ⁊ vidit quē
dā ſedētē atqꝫ opātē. ⁊ deīde ſurgētē ⁊ orātē. Erat aūt āgelꝰ dn̄i. et di
xit ei. Sic fac ⁊ ſaluꝰ eris. Cum q̄dā vice fratres de ſtatu animaꝝ ab
āthonio q̄ſiſſet. ſeq̄nti nocte vox vocauit eum dicēs. Surge exi ⁊ vide.
Et ecce vidit quēdā lōgū ⁊ terribilē caput vſqꝫ ad nubeſ tollētē. q̄ quoſ
dam pēnatos ad celū volare cupiētes extēſis maībꝰ ꝓhibebat. ⁊ alios
libere ꝓuolātes retinere n̄ poterat. ⁊ maximū gaudiū mixtū cū nimio
dolore audiebat. Et itellexit aīaꝝ illū eſſe aſcēſū ⁊ dyabolū ꝓhibētē. q̄
q̄ſdā obnoxias retinerꝫ. ⁊ d̄ ſāctoꝝ volatu q̄s retinere n̄ poterat ſic do
6ta leret ¶ Aliquando dū cū fratribus operaretur anthonius. ſuſpiciēs
in celum cum triſtem viſionem vidiſſet. prouolutus ante deum roga
uit vt futurum ſcelus auerteret. Fratribus vero ſuper hoc eum in
terrogantibus. cum lacrimis et ſingultibus dixit q̄ inauditum ſce
lus ſeculis immineret. Uidi inquit altare dei a multitudine equoruꝫ
circundatum qui calcibus omnia diſcerpebant. Magno enim turbi
ne fides catholica ſubuertetur. et homines iumentis ſimiles chriſti
ſacramenta diripient. Factaqꝫ eſt vox domini dicens. Abominabū
tur altare meum. Poſt duos autem annos erumpentibus arrianis
eccleſie vnitatem ſciderunt. Baptiſterium et eccleſias polluerunt.
7ma et ſuper altaria chriſtianos inſtar ouium mactauerunt. ¶ B Dux

quidam egipti arrianus nomine ballachius. cum ita eccleſiam dei in feſtaret. ⁊ virgines et monachos nudatos publice verberaret. ſic ei ſcripſit anthonius. Uideo iram dei ſuper te venientem. Jam deſine pſeq̄ chriſtianos ne ira dei te occupet. que ꝓximum tibi minat̄ iteritu͡ȝ Infelix legit epiſtolam ⁊ irriſit ⁊ in eam expuens ad terram ꝓiecit. ac portitores verberibus multis afficiēs āthonio talia remādauit. Qm̄ tibi eſt tanta cura ō monachis ad te quoqȝ ꝑueniet noſtri diſciplina ri gorꝰ. Poſt quinqȝ aūt dies equum ſuum manſuetiſſimū inſidēs mor ſu ipſius equi ad terram ꝓicit̄ ⁊ corroſis atqȝ laceratis cruribus īfra triduū expirauit. Cum quidā fratres verbū ſalutis ab anthonio q̄ ſiuiſſent ait ille. Audiſtis dominum dicentem. Si quis te ꝑcuſſerit in vnam maxillam ꝓbe ei alteram. Dicūt ei. Hoc implere nō poſſumus. Et ille. Saltē de vna patiēter ferte. Et illi. Nec etiā hoc poſſemus. Quibus anthonius. Saltē ne velitis ꝑcutere magis q̄ ꝑcuti. Et illi. Nec hoc poſſemus. Tūc anthonius dixit diſcipulo ſuo. ſuccos ꝑpara fratribꝰ iſtis. qꝛ nimis delicati ſūt. Sola oratō neceſſaria eſt vobis. Hec in vitaſpatrum legūtur. Tandē beatus āthonīꝰ. cv. āno vite ſue fratres deoſcl̄ans in pace q̄euit ſub conſtantino. q̄ cepit circa annum domini. cccxl.

## De ſancto Fabiano

.XXIII A

Fabianus quaſi fabricanꝰ fabricās beatitudinem ſupernam id eſt eam ſibi acquirens triplici iure. ſcilicet iure adoptōis emptōnis ⁊ debellatōnis.

B Fabianus ciuis romanꝰ fuit. ⁊ cum papa d̄functo pro alio eligendo populus conueniſſet. inter eos et ipſe venit. rei exitum ſcire volens. Et ecce columba candida deſcendit ſuper caput eiꝰ. Quō cū oēs mirarent̄. ab eis in papā eligit̄. Hic vt ait damaſus papa ꝑ oēs regiones ſeptem dyacones miſit. et eiſdem ſeptē ſubdyacones tradidit. qui omnium geſta martirꝫ collegerunt. Hic vt ait haymo imperatori philippo volēti itereſſe paſce vigilijs et cōmuni care miſterijs reſtitit. nec quouſqȝ peccata cōfiteretur ⁊ inter peniten tes ſtaret. intereſſe ꝑmiſit. Tandeȝ pontificatus ſui anno. xiii. iuſſu de cij capitiſ obtruncatione martirio coronatur. Paſſus ē aūt circa annū domini. ccliii.

.XXIII. A.

## De ſancto ſebaſtiano

Sebaſtianus dictus eſt a ſequens et beatitudo ⁊ a ſtin qđ ē ci uitaſ. ⁊ ana qđ ē ſurſū. q̄ſi ſeq̄ns beatitudīeȝ ciuitatis ſupne hoc eſt eā poſſidēs ⁊ acq̄rens ⁊ h̄ q̄ntuplici d̄nario ſm̄ augu.

Pauptate regnum.dolore gaudium.labore requiem.ignominĩa glori
am.morte vitam.Uel dicit ſebaſtianus a baſto.Nam miles chriſtus
equus eccleſia.baſtum ſiue ſella ſebaſtianus.quo mediãte chriſtus i ec
cleſia militauit.et de multis martiribus victoriã obtinuit.Uel ſebaſti
anus interptat vallatus vel circũiens.Uallatus qꝛ ſagittis tanꝗ eri
cius fuit circũdatus.circũiens qꝛ omnes martires circuibat et omnes
confortabat.

Sebaſtianus vir chriſtianiſſimꝰ narboñſis genere.cuius me
diolanenſis.dyocleciano ⁊ maximiniano imperatoribꝰ adeo
carus erat vt principatum ei prime cohortis traderẽt ⁊ ſuo
aſpectui iuberent ſemper aſtare.Hic militarem clamidem ad hoc tãtũ
ferebat vt chriſtianoꝝ animas quas in tormentis videbat deficere:ꝯ
fortaret.Cum autem p̄clariſſimi viri marcellianus et marcus gemi
ni fratres ꝓ fide xp̄i decollari deberent.ad eos parentes aduenitũt.vt
ipoꝝ animos a ſuo ꝓpoſito reuocarent.Aduenit ergo mater et ſoluto
capite ſciſſiſqꝫ veſtibus vberibuſqꝫ oſtenſis aiebat.O p̄dulces filii cir
cũdat me inaudita miſeria.et intolerabilis luctus.heu me miſeram a
mitto filios meos ad mortem vltro tẽdentes.Quos ſi mihi hoſtes au
ferrent,ꝑ media ſequerer bella raptores.Si violenta iudicia cõclude
rent.carcerem irrumperem moritura.Nouum hoc pereundi genus ẽ
in quo carnifex rogatur vt feriat.vita optatur vt pereat.mors inuita
tur vt veniat.Nouus hic luctus.noua miſeria.in qua natoꝝ iuuentꝰ
ſponte amittitur.et parentum miſeranda cogit̃ ſenectꝰ vt viuat.Hec
dicente matre.pater ſenior manibus adducitur ſeruuloꝝ.⁊ capite aſp
ſo puluere huiuſmodi voces dabat ad celum.Ad mortem vltro ꝓfici
ſcentibus filiis valedicturus adueni.vt que mee ſepulture parauera
in filioꝝ ſepulturis infelix expendã.O filii mei bacculũ ſenectutis ⁊
geminũ meoꝝ viſceꝝ lumẽ.cur ſic mortẽ diligitis.Uenite huc iuuenes
flete ſup iuuenes ſpõte pereũtes.Uenite huc ſenes ⁊ mecũ ſup filios me
os plangite.Accedite huc patres ⁊ ꝓhibete ne talia patiamini.Defi
cite plorando oculi mei ne videam filios meos gladio cedi.Hec dicẽte
patre adueniunt coniuges aſpectibus eorum proprios filios offerẽtes
atqꝫ eiulando clamantes quibus nos dimittitis.qui erunt horum infã
tum domini.Quis veſtras largas diuidꝫ poſſeſſiones.Heu ꝙ ferrea
pectora.quia parentes deſpicitis.amicos reſpuitis.vxores abiicitis.
filios abdicatis.⁊ vos carnificibus ſpontaneos exhibetis.Inter hec
aũt ceperũt virorum corda molleſcere.Tũc ſanctus ſebaſtianꝰ
qui ibi aderat erumpens i medium dixit.O fortiſſimi milites xp̄i no
lite per miſera blandimenta coronam deponere ſempiternam.Sed et
parentibus dixit.Nolite timere.nõ ſepabunt̃ a vobis.ſed vadunt in
celum vobis parare ſidereas manſiones.Nam ab inicio mundi hec

vita ī ſe ſperātes fefellit. ſe expectantes decepit. de ſe p̄ſumētes irriſit
et ita nullum omnino certum reddidit vt omnibꝰ ꝓbetur eſſe mentita
Vita hec admonet furem vt rapiat. iracundum vt ſeuiat. mendacē vt
fallat. Ipſa imperat crimina. iubet facinoꝛa. ſuadet iniuſta. Hec autē
perſecutō quaꝫ hic patimur hodie excādeſcit ⁊ cras euaneſcit. hodie
exardeſcit ⁊ craſ refrigeſcit. ſƀ vna hoꝛa īducit᷑ ⁊ ſƀ vna hoꝛa excludit᷑
Doloꝛ autē eternꝰ renouat᷑ vt ſeuiat. augmētat᷑ vt exurat. inflamatur
vt puniat. In amoꝛe ergo martiru noſtros iam ſuſcitemꝰ affectꝰ. Ibi
enim dyabolꝰ ſe vincere exiſtimat. q̄ dū capit captꝰ eſt. dū tenet tētꝰ eſt
dū vincit victꝰ ē. dū toꝛquet toꝛq̄tur. dū iugulat occiſꝰ ē. ⁊ dū īſultat ir
riſꝰ ē. Igit᷑ dū btūs ſebaſtiāꝰ hec ex oꝛe ꝓferrꝫ. ſubito ꝑ vnā ferē hoꝛā
a ſplēdoꝛe nimio d̄ celo deſcēdēte illuminatꝰ ē. ⁊ ſub illo ſplēdoꝛe pallio
candidiſſimo amictꝰ. ⁊ ab angelis ſeptem clariſſimis circūdatꝰ. Iuue
nis etiaꝫ apparuit iuxta eū dans ei pacē ⁊ dicēs. Tu ſꝑ mecū eris. Cū
aūt beatꝰ ſebaſtianꝰ hec ⁊ his ſilia p̄dicarꝫ zoe vxoꝛ nicoſtrati. in cuiꝰ
domo ſancti cuſtodiebant᷑. q̄ loquelam amiſerat. pedibꝰ eiꝰ ꝓuoluta nu
tibꝰ veniam poſtulabat. Tūc ſebaſtianꝰ ait. Si ergo xp̄i ſeruꝰ ſum. ⁊ ſi
vera ſunt omnia que ex oꝛe meo hec mulier audiuit ⁊ credidit. apiat
os eius qui aperuit os zacharie ꝓphete ſui. Ad hāc vocem mulier ex
clamauit. Benedictus ſermo oꝛis tui. ⁊ benedicti qui omnibus que lo
cutus es credunt. Vidi enim angelum libꝛuꝫ tenenteꝫ ante te. vbi oīa
que tu dixiſti ſcripta erant. Vir autem eius hoc audiens. pꝛocidit ad
pedes ſancti ſebaſtiani ſibi poſtulans indulgeri. Statimq̄ꝫ abſoluens
martires rogabat vt liberi abirent. Qui dixerunt nullatenus ſe deſer
turos victoꝛiam quam cepiſſent. Tantam igit᷑ gratiam ⁊ virtuteꝫ ver
bis ſancti ſebaſtiani dominus contulerat. ꝙ non ſolum marcellianum
et marcum in martiriu conſtantia roboꝛauit. ſed etiam patrem eoꝛum
nomine tranquillinum ⁊ matrem cum multis aliis ad fidem conuertit
Quos omnes policarpus pꝛeſbiter baptiſauit. ¶ B Tranquillinus
autem moꝛbo grauiſſimo laboꝛans. mox vt baptiſatus eſt ſanitateꝫ re
cepit. Pꝛefectus autem vrbis rome qui ⁊ ipē moꝛbo grauiſſimo labo
rabat. rogauit tranquillinum vt ad ſe adduceret eum qui ſibi ſanitatē
dederat. Cum ergo ad eum veniſſent policarpus pꝛeſbiter ⁊ ſebaſtiāꝰ
⁊ ipſe eos rogaret vt etiam ſanitatem reciperet. dixit ei ſebaſtianus.
vt prius ydola abnegaret. ⁊ confringendi ea ſibi poteſtatem traderet
⁊ ſic ſanitatem reciperet. Cui cum cromacius pꝛefectus diceret. ꝙ ſer
ui ſui hoc facerent ⁊ non ipē. dixit ſebaſtianus. Timidi deos ſuos con
fringere foꝛmidant. ſed ⁊ ſi dyabolus hac occaſione eos lederꝫ. dicerēt
īfideles eos eſſe ob hoc leſos ꝙ deos ſuos ꝯfrigerēt. Sicq̄ꝫ policarpꝰ ⁊
ſebaſtianꝰ accicti pluſq̄ ducēta ydola ꝯfregerūt. Poſt hoc aūt dixerēt
cromatio. Cū nob ydola ꝯfrigētibꝰ ſanitatē recipe d̄buiſti nec recepiſti

certum eſt qꝛ aut īfidelitateꝫ nondū abieciſti. aut aliq̄ ydola reſeruaſti
Tunc indicauit ſe habere thalamum in quo erat omnis diſciplina ſtel
larum. pro quo pater ſuus pluſq̄ ducenta pondera auri expenderat. ⁊
per que futura omnia preuidebat. Cui ſebaſtianus. Quamdiu hoc in
tegrum habueris. teipſum integrum nō habebis. Cumqꝫ ad hoc ille aſ
ſentiret. tiburcius eiꝰ filius iuuenis egregius dixit. Nō patiar opus
cōſtrui tā p̄claꝝ. Sꝫ ne paterne ſanitati videar eſſe ꝯtrarius duo clibani
accendantur. vt ſi deſtructo ope pater meus ſanitatem non receperit
ambo viui concrementur. Cui ſebaſtianus. Sic fiat vt locutꝰ es. Dū
igitur illa confringerent. angelus prefecto apparuit. et ſibi a domino
ieſu ſanitatem redditam nunciauit. Statimqꝫ ſanus effectus cucurrit
poſt eum vt eius pedes oſcularetur. Qui euꝫ prohibuit ex eo q̄ baptiſ
mum nondum receperat. Sicqꝫ ipſe et tiburcius filius eius ⁊ mille q̄
dringenti de eius familia baptiſati ſunt. Zoe autem ab infidelibus tē
ta et diu cruciata emiſit ſpiritum. Quod cum audiſſet tranquillinus:
prorupit et dixit. Femine nos ad coronam precedunt. vt quid viuimꝰ
Ipſe autem poſt paucos dies lapidatus eſt. Sanctus auteꝫ ti
burcius ſuper prunas allatas. iubetur aut incenſum diis īponere aut
ſuper ipſas nudis plantis incedere. Qui ſibi ſignum crucis faciēs con
ſtanter ſuper ipſas nudis ingreſſus eſt plantis dicens. Videtur mihi
q̄ ſuper roſeos flores incedam in nomine domini noſtri ieſu xp̄i. Cui
fabianus prefectus dixit. Quis ignorat magicam artem chriſtuꝫ vos
docuiſſe. Cui tiburcius. Obmuteſce infelix. quia non es dignus nomē
tam ſanctum ⁊ tam melliſluum nominare. Tūc iratus prefectus iuſſit
eum decollari. Marcellianus autem et marcus ſtipiti affiguntur.
Cumqꝫ fuiſſent affixi pſallentes dicebant. Ecce q̄ bonum et q̄ iocūdū
habitare fratres in vnum. Quibus prefectꝰ. Infelices deponite amē
tiam et vos ipſos liberate. Cui illi. Nūquam tam bene epulati ſumus
vtinam tamdiu ſic nos eſſe permitteres q̄ diu corꝑis tegimur indumē
to. Tūc prefectꝰ iuſſit eos lanceis per latera trāſuerberari. et ſic mar
tiriū conſūmauerūt. Poſt hoc prefectꝰ dyocleciano imperatori de ſe
baſtiāo ſuggeſſit. Queꝫ ad ſe vocās dixit. Ego te inter primos in pala
tio meo ſemper habui. et tu contra ſalutem meam ⁊ deoꝝ iniuriā acte
nus latuiſti. Cui ſebaſtianus. Pro ſalute tua xp̄m ſemper colui ⁊ pro
ſtatu romani imperii deū qui in celis eſt ſemper adoraui. Tūc dyocle
cianꝰ iuſſit eū in medium campū ligari ⁊ a militibꝰ ſagittari. Qui ita
eū ſagittis impleuerūt. vt quaſi ericiꝰ videret̄. ⁊ eſtimantes illū mortu
um abierūt. Qui intra paucos dies liberatus ſtans ſuper gradū pala
tii. imperatores venientes de malis que chriſtianiſ inferebant dure re
darguit. Dixerūtqꝫ imꝑatores. Iſte ne ē ſebaſtianꝰ quē diu ſagittis ī
terfici iuſſeramꝰ. Cui ſebaſtianꝰ. Ad hoc me dūſ reſuſcitare dignatꝰ ē

vt conuenſam vos. et redarguam vos de malis que chriſti famulis in-
rogatis. Tūc impator tamdiu eum fuſtigari iuſſit donec ſpm̄ exalaret.
Fecitq₃ corp⁹ eius ī cloacam ꝓici ne a xp̄ianis ꝓ martire coloretur.
Sanctus autem ſebaſtianus ſequenti nocte ſancte lucie apparuit. et
corpus eius ſibi reuelauit. ⁊ vt iuxta veſtigia apl'oꝝ illud ſepeliret pre
cepit. Quod et factum eſt. Paſſus eſt autem ſub dyocleciano ⁊ maxi
miniano īperatoribus. q̄ ceperunt circa annos dn̄i. cc. lxxxvii. F.
Refert grego. ī pmo li. dialogoꝝ. q̄ quedam mulier ī tuſcia nuper nupta
cum ad dedicatōnem eccleſie ſancti ſebaſtiani ab aliis īuitata eſſet. ī
ipſa nocte qua ſequenti die ire debebat. carnis voluptate ſtimulata. a
viro ſuo ſe abſtinere nō potuit. Facto aūt mane magis erubeſcēs vul-
tum hominum q̄ dei illuc ꝓfecta eſt. Mox autem v ↄratoriū vbi erāt
reliq̄e ſancti ſebaſtiani īgreſſa eſt. dyabolus eam arripuit. et coram oī
bus vexari cepit. Tūc preſbiter illius eccleſie pallam altaris arripiēs
ſde eam operuit. Sed dyabolus ſtatī ipm̄ p̄ſbiterum īuaſit. Duxerunt
autem eam amici ſui ad īcantatores. vt ſuis īcantatōibus dyabolum
effugarent. Sed mox dum īcantaretur iudicio dei legio demonū. id ē
ſexmilleſexigenti ſexagitaſex ī eam īgreſſi. ipam acrius vexare ceperūt
Quidam autem vir nomīe fortunatus ſanctitate conſpicuus ſuis pre
cibus eam ſanauit. Legitur quoq₃ ī geſtis longobardoꝝ q̄ tempo
re gumberti regis ytalia tota tanta peſte ꝑcuſſa eſt vt vix vnus alterū
ſufficeret ſepelire. Et hec peſtis maxīe rome ac papie graſſabat. Tūc
viſibiliter bonus angelus multis apparuit malo angelo ſequenti ⁊ ve
nabulum ferenti. precipiens vt percuteret ac cedem faceret. Quotiēs
autem aliquam domum percutiebat tot inde mortui efferebātur. Tūc
cuidam diuinitus reuelatum eſt q̄ nequaq̄ hec peſtis ceſſaret donec
ſancto ſebaſtiano altare papie cōſtrueretur. Quod quidem conſtructū
eſt in eccleſia ſancti petri que dicitur ad vincula. Quo facto ſtatī ceſ
ſauit illa quaſſatio. Et illuc a roma reliquie ſācti ſebaſtiani ſunt d̄late
Ambroſius in prefatione ſic ait. Beati martiris ſebaſtiani ꝓ cōfeſſio
ne nominis tui domine venerabilis ſanguis effuſus ſimul ⁊ tua mira
bilia manifeſtat q̄ perficis in īfirmitate virtutē et noſtris ſtudiis das
ꝓfectum. ⁊ infirmis apud te p̄ſtas auxilium. XXIIII

## De ſancta Agnete virgine

Agnes dicta eſt ab agna quia mitis ⁊ humilis tanq̄ A
agna fuit. vel a greco quodam agnos quod eſt pium. q₂ pia
et miſericors extitit. vel agnes ab agnoſcendo. quia viam
veritatis agnouit. Veritas autem ſcd̄m auguſtinum. opponitur va-
nitati ⁊ falſitati et duplicitati. que tria a ſe remouit per virtutem quā
habuit. B.

Agnes virgo prudẽtiſſima vt teſtaꝛ ambro. q̇ eiꝰ paſſioẽ con
ſcripſit. tredecimo ãno etatis ſue mortẽ ꝑdidit ⁊ vitã inuenit
Infãtia q̇dẽ ↄputabaꝛ i ãnis ſed erat ſenectus mẽtis i mẽſa
Corpe iuuẽcula ſꝫ animo cana. pulcra facie ſꝫ pulcrioꝛ fide. Que dum
a ſcolis reuertitur a ꝑfecti filio adamatur. Cui ille gẽmas et diuitias
innumerabiles ꝓmiſit ſi cõſenſũ eiꝰ ↄiugio nõ negaret. Cui agnes re
ſpondit. Diſcede a me fomes peccati. nutrimentũ facinoris. pabulum
mortis. q2 iã ab alio amatore ꝑuenta ſum. Cepitq3 ipm ſuũ amatorem
et ſponſum a quinq3 ↄmendare. q̄ ſpõſe in ſponſis ꝑcipue requirunt. ſ.
a nobilitate generis. a decore pulcritudinis. a diuitiaꝝ abũdantia. a
fortitudine ⁊ potẽtie efficacia. ⁊ ab amoris excellentia. ſic dicẽs. Illum
amo qui longe te nobilioꝛ eſt. ⁊ genere dignioꝛ. cuiꝰ mater virgo eſt.
cuiꝰ pater feminã neſcit. cui angeli ſeruiũt. cuiꝰ pulcritudine ſol ⁊ lũa
mirãtur. cuiꝰ opes nunq̄ deficiũt. cuiꝰ diuitie nunq̄ decreſcũt. cuius
odore reuiuiſcũt mortui. cuiꝰ tactu ↄfortãtur infirmi. cuiꝰ amoꝛ caſti
tas eſt. tactus ſãctitas. vnio virginitas. Hec aũt quinq3 ponit i q̄dam
autoritate dicens. Cuius generoſitas celſioꝛ. poſſibilitas fortioꝛ. aſpe
ctus pulcrioꝛ. amoꝛ ſuauioꝛ. ⁊ omni gratia elegãtioꝛ. Deinde
de ponit quiq3 beneficia que ſibi ſponſus cõtulit. ⁊ aliis ſpõſis cõfert
ſcꝫ q2 eas fidei anulo ſubarrat. multiplici virtutũ varietate eas veſtit
et ornat. paſſionis ſue ſãguine eas ſignat. vinculo amoris eas ſibi copu
lat. et theſauris celeſtis glorie eas ditat ſic dicens. Qui anulo ſuo ſub
arrauit me. dexteram meã ⁊ collũ meũ cinxit lapidibꝰ ꝑcioſis. induit
me ciclade auro texta. ⁊ imenſis monilibus ornauit me. poſuit ſignum
in faciẽ meã. vt nullum ꝑter eum amatorem aſſumam. ⁊ ſanguis eiꝰ or
nauit genas meas. iam ãplexibꝰ eiꝰ caſtis aſtricta ſum. iam corpꝰ eius
corpi meo ſociatum eſt. oſtendit mihi theſauros incõparabiles. quos
mihi ſe daturũ ſi in eo pſeuerauero repmiſit. Audiẽs hec inſanꝰ iuue
nis lecto pſternitur. ⁊ q2 amore egrotet ꝑ alta ſuſpiria a medicis apiꝛ
Cũq3 pater iuuenis eadem virgini replicaret. ⁊ illa prioris ſponſi fede
ra ſe violare nõ poſſe aſſereret. cepit ꝑfectus inq̇rere quis iſte ſponſus
eſſet de cuius ſe agnes poteſtate iactaret. Cum ergo quidem aſſereret
q2 xp̄m ſpõſum ſuum diceret. blãdis prius ſermonibꝰ. demũ terroribꝰ
eam pulſat. Cui agnes. Quicq̇d vis age. q2 qđ q̄ris nõ poteris obtine
re. Ipm ei terrentẽ vt blandiẽtẽ ſimiliter deridebat. Cui ꝑfectꝰ. Vnũ
tibi de duobꝰ elige. Aut cũ virginibꝰ dee veſte ſacrifica ſi tibi virgini
tas placet. aut cum meretricibus ſcortaberis. Quia ei nobilis erat. vi
ſibi iferre nõ poterat. ⁊ ideo titulum ſibi xp̄ianitatis oppoſuit. Cui illa
Nec ſacrificabo diis tuis. nec ſordibꝰ polluar alienis. Mecũ ei habeo
cuſtodem corpis mei ãgelũ dñi. Tũc ꝑfectꝰ iuſſit eam expoliari.
et nudam ad lupanar duci. Tantam aũt denſitatem capillis eius dñs

contulit vt melius capillis q̄ veſtibus tegeretur. Ingreſſa autem tur
pitudinis locum angelum domini p̄paratum inuenit. qui locū clarita
te nimia circumfulſit. ſibi ſtolā candidiſſimā p̄parauit. Sicq; lupanar
locus fit oratōnis adeo vt mūdior exiret q̄ fuiſſet ingreſſa. que immē
ſo luminī dabat honorē. Prefecti aūt filius cū aliis iuuenibus ad lupa
nar venit. et eos prius ad ipſam inuitauit. Qui ingreſſi. ſed ex miraclo
territi. cōpūcti redierūt. Quos ille miſeros appellās. et ad eam furans
intrans. cū eā vellet cōtingere in ip̄m lumē irruit. Qui cum deo nō de
diſſet honorē. p̄focatus a dyabolo expirauit. Qd̄ p̄fectus audiens cū
ingenti ploratu ad eam venit. ⁊ cauſam mortis eius diligentius ſciſci
taf. Cui agnes. Ille cuius volūtatē volebat p̄ficere. poteſtatem in eū
accepit ⁊ occidit. Nam ſocii eius de viſo miraculo territi redierūt ille
ſi. Cui p̄fectus. In hoc apparebit q̄ nō magicis artib⁹ hoc egiſti ſi im
petrare poteris vt reſuſciteť. Orāte agnete iuuenis reſuſcitať. ⁊ xp̄uꝫ
ab eo publice p̄dicať. Ad hec tēplorꝝ pōtifices ſeditōꝫ excitātes in po
pulo exclamauerūt. Tolle magā. tolle maleficā. que mētes mutat ⁊ ani
mos alienat. Prefectus aūt viſo tāto miraculo eam liberare voluit. ſꝫ
p̄ſcriptōꝫ metuēs vicariū dereliquit et q2 eam liberare non potuit tri
ſtis abſceſſit. Tūc vicarius aſpaſius nomine iuſſit eam i copioſū ignē
iactari. Sed in duas partes flama diuiſa ſediciosum populū exurebat
Tūc aſpaſius in guttere eius gladium imergi p̄cepit. Et ſic xp̄s ſpon
ſus candidus rubicundus ipſam ſibi ſponſam et martirem cōſecrauit.
Paſſa eſt aūt vt creditur tp̄e cōſtantini magni qui cepit ā̄no dn̄i. cccix.
Cū igiť corpus eius xp̄iani ⁊ parentes ipſius cū gaudio ſepelirent. vix
a paganis in eos lapides mittentibus euaſerūt. E. Emerentiana
aūt eius collectanea virgo ſanctiſſima. licꝫ adhuc cathecumina dū iux
ta ſepulcꝝ eius ſtaret. et ꝯſtanter gentiles argueret ab eis lapidata eſt
Statimq; terremotus coruſcatōes ⁊ fulgura extiterūt adeo q̄ ex paga
nis plurimi perierūt. ita q̄ ipſi de cetero veniētes ad ſepulcꝝ virginis
nō leſerūt. Corpus aūt emerenciane iuxta corpus ſancte agnetis poſi
